



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

6 [i.e. 4]. De litteris dimissoriis, seu reverendis, ut quidem vocant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

Episcopus quoque Italæ Ultramontanum sub condigna pena non debet ordinare; nisi de speciali Papæ licentia, vel per patentes literas Episcopi illius, continentis justam causam, cur nolit aut non possit illum ordinare, eidem permittatur, e. i. & ibi Gloss. in V. Italia De officio Ordinarii in 6.

5. Summus quoque Pontifex ob summam in universam Ecclesiam, quam habet potestatem est cuiuslibet Christiani superioris & Generalis Episcopus totius mundi: potestque cuiuslibet Ecclesia Clericos ordinare, e. p. & ult. ix. q. 3. etiam solo verbo Clericum creare, quia ipse introduxit formam primæ tonsuræ, quam tollere potest. Dico, Clericum; quia licet Rebuff. in Praxi tui. De Clericis, & à quibus & quomodo creantur n. 9 securus Felin & Angel quos citat, existimet etiam solo verbo, ob similem rationem, posse creare Presbyterum, tamen re penitus examinata, id esse contra communem omnium Theologorum sententiam, & formam Presbyteratus Iuris esse divini censeo. Ab eo vero significatis ordine aliquo non potest ab alio a sublimioribus promoveri, licentia ipsius non imperata, e. Dum in distribuendis 12. b. t. non ideo tamen subtrahitur ab Ordinarii potestate, e. portuas extr. De majoritate.

6. Sed & Abbatibus, non quidem ex vi sui officii, sed jure singulari à facie Canonibus conceditur potestas conferendi primam tonsuram, Lectoratum Psalmistarum, id est officium cantandi, & Ostiacionis, can. Quoniam Disibin. 69. c. Cum contingat inf. De astate & qual. &c. & aliis, sed sui dum: axat Monasteri Monachis, & quidem post professionem, ne exceptant postea, siue fraus, quæ præcavenda est, committatur Rcb. affus d. loc. n. 17. etiam sine examine Episcopi, Navar Cons. 14. De privilegiis modo tamen ipsi Presbyteri sint, ac manus impositionem ab Episcopo receperint, d. e. Cum contingat, e. Abbatibus De privilegiis in 6. Alios Ordines minores, nempe Acolytatus & Exorcistatus, conferre non possunt, nisi ex speciali privilegio id eis concessum sit, pro ut hodie concessum videatur, secundum Zerolam, 1. parte Praxis Episcopatu in V. Abbas: & ita declarasse laetram Congregat, refert Piat. 1. p. c. 3. art. 1. n. 7. Quod intelligendum de verbis Abbatibus, ut sunt Benedictini, & alii, non verò de commendatariis, Zerola d. loco,

§ VI.

De litteris dimissorijs, seu reverendis, ut quidem vocant,

1. Quanam dicantur litteræ dimissoriæ.
2. Sunt vel speciales vel generales.
3. Quis dare eas possit.
4. Non exprimunt morte dantia.
5. Quando sine iis ab alieno Episc. Ordines conferri possint.

D E litteris dimissoriis aliquid subjiciendum est ideo, quia Episcopus alienæ diocesis subditum ordinare non potest, absque superioris eius licentia.

1. Sunt autem litteræ dimissoriæ, quibus sic alieui potestas suscipienda Ordinis ab alio, quam à proprio Episcopo.

2. Et haec subinde sunt speciales, veluti quod quis ordinari possit à tali vel tali Episcopo: & tum nequit ab alio ordinari quam ab expresso, quia unius expressio est alterius exclusio, e. Nonne 5. Inf. De presumpt. Et ideo sit nominatus in litteris dimissoriis Episcopus, impeditus nequeat conferre Ordines, curerque in sua diocesi per alium Episcopum eos conferri, talis non poterit ordinare nisi personas subjectas Episcopo, de cuius licentia & in cuius Diocesi ordinabit. Ita intellige & 5. Sess. 6. Conc. Trid. ne repugnet e. 11. Sess. 7. Zerola p. 1. V. Dimissoria ad 5. vers. Secundum. Aliquando verò sunt generales, veluti quod à quolibet Episcopo ordinari quis possit.

Hæ litteræ continere debent Ordines, qui illarum vigore conferendi sunt: alias per facultatem recipiendi Ordines minores vel Ordines tantum, maiores non compræhenderentur, arg. e. 1. b. t.

3. Date eas potest imprimis summus Pontifex, & quidem omnibus Christianis, e. i. eod. in 6. ibi, nisi à nobis &c. quia est generalis Episcopus totius mundi, can. cumla per mun. um 1x, q. 3. & alia. Secundo, proprius Episcopus suis subditis, sive sit Episcopus originis, sive domicilium, sive ratione beneficij, e. Cum nullus eod in 6. modo tamen sufficientem habere possit informationem de probitate morum, sufficientia & natalibus ordinandi. Episcopi vero superior seu Archiepiscopus jure metropolitano subditis Episcopi dimissorias dare non potest

poteſt, juxta communem ſententiam ſcriben-
tum ad d.e. Nullus Similiter nec Pralati Episco-
pis iuferiores, ſive ſint religioſi, ſive ſecularis,
eas ſubditis ſuis dare poſtunt, circa Sedis Apo-
ſtol: c.e. ſpecialē indultum, e. 3. eod in o. niſi id fa-
ciant ex legitima conſuetudine. Rebuffus in Praxi
beneficiorum. De litteru dimiſſoriis n. 6. vel niſi ſpe-
ciali mandato Epifcopus hanc poſteſtatem de-
deſtitit ſuo Vicario, etiam Generali, Piaſec p. 1. e. 1.
art 2.n 9. ubi alios citat; vel Epifcopus ipſe lo-
ge abſit: nam hoc caſu dare eas poſteſt ipſius in
ipiritualibus vicarius Generalis, ſicut & Sede
vacante, mortuo ſcilięt Prałato, vel ab hoſti-
bus capto. Capitulum d.c. Cum nullus eod. in 6.
a quo tamē nonnihil per Conc Trid receſſum
eſt, partim Seſſ. 7. cap. 10. De reformati partim Seſſ.
2.3. cap. 10. prout ibidem videte licet. Sed & ab
eodem Concilio, d. Seſſ. 7. 6. 11. ſtatuitur, ne fa-
cultates de promovendo a quoque ſuffra-
gentur, niſi habentibus legitimam cauſam, cur a
propriis Epifcopis ordinari non poſtunt, in literis
exprimendam (qualis eſt ægritudo, Conc.
Trid. d. Seſſ. 2.3. cap. 3. quo nomine venit omne
iustum & legitimum impedimentum, Zerola d.
P. Dimiſſoriis ad 5. verſic. tertium) quodque tunc
non ordinantur, niſi ab Epifcopo, in ſua diocesi,
reſidente, aut pro eo Pontiſcialia exercente, &
diligenti prævio examine. Nam ſicut non po-
teſt ordinare, aliena diocesi ſubditum, ita
nec in aliena diocesi Pontiſcialia exercere,
etiam prætextu cuiuſvis privilegii, can. 1. 3. 6.
& 7.12. 9.2. Conc Trid. Seſſ. 6. cap. 5. de reform.
niſi de Ordinarii loci exprefſa licentia, & in per-
ſonas eidem Ordinario ſubjectas tanrum. Alio-
qui, ſi ſecuſ factum fuerit, Epifcopus ab exerci-
tio Pontiſcialium: & ſic ordinati, ab exercitio
Pontiſcialium: & ſic ordinati, ab executione
Ordinum ſunt ipſo jure ſuſpenſi, Conc. Trid. d.
cap. 5.

Litteræ vero dimiſſoriæ, ſive ab Epifcopo,
ſive ab alio ſemel legitimæ confeſſæ, non expi-
rant morte, civili & naturali, vel finita poſteſtate
concedentis, niſi per ſuccellorem revocentur.
Navar. in e. Placuit De parnit. Dift 6. n. 34.. &
163. Cardinalis in Clement. piaſ. q. 5. de eleſſione. Sic
nec confeſſæ a Capitulo expirant ſinira Sedis
vacatione Rebuffus De forma dimiſſoriis n. 43,
Piaſec. t.p. cap. 1 art. 2. n. 10.

Certis tamē caſibus ordinari quis poſteſt

ab alieno Epifcopo ſine hiſ dimiſſoriis. Primò
ſi proprii Epifcopus Clerici fuerit ſuſpenſus ab
Ordinum collatione, eo quod alienos ſine li-
cenſia ordinaverit, & ſuſpenſio ejus ſit maofeſta, e. 2. eod. in 6. Secundo, quando quiſ triennio
prælens cohabitat Epifcopo alieno, modo an-
tea dicto. Differunt autem Dimiſſoriis a Com-
mendatariis, quod haꝝ ad effectum fuſceptionis
Ordinum tantum dentur, illæ vero a iuriſdictio-
ne etiam dimittant. Piaſec. d. cap. 1. art. 2. ſub n. 7.

§. V

Quibus temporibus Ordines conferendi
ſint.

1. Minores Ordines conferit Epifc. quando & ubi ei libet.
2. Majores non niſi in publica ordinatione, &
temporibus certis
3. Summus Pont. quolibet tempore.
4. 5. Paena ordinatorum & ordinantium extra
præcriptata tempora.
6. Debenti gradatim conferri Ordines.
7. Et per certa interſtia.
8. De qualitate ordinandorum.

1. C Ertis & legitimiſ temporibus conſerti ab
Epifcopis Ordines debent. Et quidem li-
cer minores conſerti poſſunt, quando & ubi E-
pifcopo libetur, e. 3. h.s. can ſup Diftim. 69. &
can. quando Dift 75. etiam abſque Miffa, & a
non jejunio Epifcopo, Piaſec. t.p. cap. 1 art. 8. n. 5,
ubi alios citat. id tamen fieri debet intra diocesi-
ſin, Conc. Trid. Seſſ. 6. 5. De reformati & præser-
tim Dominicis, aliisve festiſ diebus; ſicut &
Virginum confeſratio e. 1. & 3. h. 1. Excipit
prima tonsura, qua cum voluntaria ſit iuriſdi-
ctionis, & in Epifcopatu, & extra, conſerti po-
teſt, ſecundum Rebuff. in Praxitit. De Clericiſ,
& a quibus & Quomodo &c n. 12.

2. Majores vero Ordines non niſi in publica
ordinatione conſerti poſſunt, d. can. Quando
& quidem in Miffa, e. Quod ſicut ſup De elect. de
necessitate ſcilięt præcepti; non de necessitate
Sacramenti, Piaſec. d. loco & in jejunio
quatuor temporum, nempe in Sabbatho ſan-
cto, & in die antecedente Lominicam Paſſio-
nem non obſtantie contraria conſuetudine, e. 1.
2.3. & aliis h. t. Conc. Trid. Seſſ. 23. e. 8. Dere-
form. Exceptis duobus caſibus: Primò, ſi tanta
ſit ordinandorum multitudine, ut nequeant o-
mnes